

## Band VI., Nr. 1834, Seite 229-230

*Der Kämmerer Heinrich von Biegenburg schenkt verschiedene Eigenleute, welche er zum Teil früher an das Kloster Löwental und das Deutschordenshaus zu Biegenburg geschenkt hatte, unter Entschädigung dieser letzteren an das Kloster Baidt.*

Ohne Ortsangabe, 1265. Oktober 12.

Hainricus camerarius de Bigenburc universis tam presentibus quam futuris notitiam subscriptorum. Singulis et universis exponimus futurorum notitie publicando ac scripto presenti manifestius protestantes, quod nos zementarium filium magistri Conradi quondam de Bungarten<sup>1</sup> zementarii, Hainricum de Bluzenruti cum Guta uxore sua ipsorumque pueris monasterio sanctimonialium in Biwende libera donatione contulimus perpetuo possidendas. Et licet Sifridum Cerdonem de Ravenspurg cum uxore et pueris suis religiosis feminis de Lewenthal sororibus et Hainricum molendinatorem, qui cognominatus est Cerdo, cum uxore ac pueris eius fratribus sancte Marie domus Teuthonicorum Ierosolymitane in Bigenburc libera donatione similiter dedissemus, tamen de certa conscientia eosdem cum uxoribus et pueris ipsos monasterio sanctimonialium in Biwende contulimus perpetuo possidendos, dantes pro recompensio Sifridi, uxoris et puerorum suorum sororibus de Lewenthal Conradum molendinatorem filium sororis Wernheri villici de Ravenspurg cum uxore ac pueris eius et prenotatis fratribus domus Teutonicorum in Bigenburc pro Hainrico molendinatore qui Cerdo cognominatur, uxore et pueris eius Hainricum molendinatorem castri de Bigenburc cum uxore ac suis pueris in recompensio perpetue possidendos. Ne autem processu temporis sceleratus appetitus habendi materiam questionis aut litigandi possit vel debeat inter religionis personas aliquo modo suscitare pretaxatas, presens instrumentum sigillo nostro, commendatoris domus Theutonicorum in Bigenburc et sororum de Lewenthal communitum sanctimonialibus de Biwende dare decrevimus ad cautelam, donationem nostram cum Machtildi filia Bertoldi cognominati Haizerman de Buchorn zelo pietatis commoniti auctmentantes. <br> <br> Acta sunt hec anno domini M. CC. LXV., quarto idus Octobris, IX. indictione. Amen.

Nach dem Kopialbuch des Klosters Baidt (17. Jh.), S. 45.

<sup>1</sup>Wohl Baumgarten, Baienfurt, RV, oder Baumgarten, Horgenzell, RV, oder Großbaumgarten, Berg, RV, oder Ober- bzw. Unterbaumgarten, Eriskirch, FN.

## Überlieferung und Publikationen

### Lagerort:

Gesamtarchiv der Fürsten zu Waldburg-Wolfegg, Schloss Wolfegg

### Signatur/Titel des Originals:

WoBai U 33

### Überlieferung und Textkritik:

Original. Kopialbuch des Klosters Baidt auf Schloss Wolfegg (Sign.: WoWo 16404).

## Weitere Angaben

### Sprache:

Lateinisch

### Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

### Ortsindex:

Baidt Wohnplatz (19193)<br> Baidt, RV<br> Baumgarten Wohnplatz (19175)<br> Baumgarten Wohnplatz (20908)<br> Baumgarten, Baienfurt, RV<br> Baumgarten, Horgenzell, RV<br> Blitzenreute : Fronreute RV<br> Blitzenreute Wohnplatz (20992)<br> Blitzenreute, Fronreute, RV<br> Friedrichshafen FN<br> Friedrichshafen Gemeinde (17846)<br> Großbaumgarten Wohnplatz (19222)<br> Großbaumgarten, Berg, RV<br> Löwental Wohnplatz (17890)<br> Löwental, Friedrichshafen, FN<br> Oberbaumgarten Wohnplatz (17815)<br> Oberbaumgarten, Eriskirch, FN<br> Ravensburg Wohnplatz (20120)<br> Ravensburg, RV<br> Unterbaumgarten Wohnplatz (17820)<br> Unterbaumgarten, Eriskirch, FN